Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



84

unt. deo placent p sacrificiū iusticię · modestię · innocentię · ac patientię curant. uas plenū aquę inueniunt inscriptura. unde salubriter abluti potatiq; gaudeant Sed si intellexerint kain homicida · iudex ee pfidia. occisione abel passione ee dni saluatoris. terra quę aperuit os suū et suscepit eius sanguinē de manu cain · ecclam ee quę effusū iudeis xpi sanguinē in mysterū suę renouationis accepit. numerū aquā inuinū mutatā repperiunt. quia sacra dicta legis sacratius intelligunt. Secunda etate scti inchoante deletus ē aquis diluuii mundus ob peccatorę magnitudinē. sed solus noe est ppt iusticiā cū domo sua liberatus in archa. Huius plane audita uastatione horribili. paucorūq liberatione mirabili · quisquis emendatius uiuere cepit · liberari desiderans cū electis · timens exterminari cū reprobis. ydria profecto aquę qua mundaretur uel reficeretur accepit. At uero dū altius aspicere cepit · et in archa ecclam innoe xpm · in aqua diluente peccatores aquā baptismi quę peccata diluit · in hominibus uel in animalibus quę archa continebat multifariā baptisatę differentiā. in columba quę post diluuū ramū oliuę intulit in archā unctionē spis sci qua baptisati inbuuntur intellexerit. unū profecto de aqua factū miratur. quia in uetteris hystoria facti suā ablutionē · scificationē · iustificationē ppheta contemplatur. Tertia scti etate ds temptans obedientiā habrahę · filiū eius unicū eū quē diligit in holocaustū sibi offerre pceptit · non differt abrahā facere quę iubetur. sed pfilio imolatur aries ipse tam pobedientię uirtutę eximia ppetuę benedictionis heredtate donatur. Ecce habes ydriā tertiā. audiens eū quanta uirtus obedientię